UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpvs Doctrinæ Christianæ

Melanchthon, Philipp

Lipsiæ, 1572

VD16 M 2890

Seqvvntvr Aliarvm Ecclesiarvm Et Regionvm, Approbatoria Scripta, Qvibvs eadem repetitio & approbatur & confirmatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

Visual Library

SEQVVNTVR ALIARVM ECCLESIARVM ET REGIONVM, APPROBATORIA SCRIPTA, QVIBVS eadem repetitio & approbatur & confirmatur.

SCRIPTVM LEGATORVM ILLVſtriſsimi Principis, Domini Iohannis Marchionis Brandeburgenſis, &c.

AVS befehl vnd abfertigung des Durchlauchtigen Hochgebornen Fürſten vnd Herren / Herrn Johanſen Marggraffen zu Brandenburg/etc. vnſers G. F. vnd H. Seind wir Caſpar Marſilius Licentiatus vnd Hoffprediger zu Cüſtrin/ vnd M. Henricus Hamme Superintendent des orts zu Königsberg/alhie zu Witteberg bey den Ehrwirdigen Hochgelarten Herrn/ Domino D. Iohanne Bugenhagen Paſtore, D. Philippo Melanchthone, D. Iohanne Forſter, D. Georgio Maiore, &c. gehorſamlich erſchienen / Aldo von jren Achtbarkeiten ein Schrifft oder Notel einer gefaſſeten Confeſsion/gegen das vielleicht zukünfftig Concilium empfangen/mit ermanung ſolchs zum trewlichſten zuverleſen vnd expendiren/ jren Achtbarkeiten dazumal vnd folgents V. G. F. vnd Herren vnſer meinung dauon widerumb zu referiren.

Welchs alſo von vns/vnſers verſtands vnd vermögens/zum fleiſsigſten fürgenomen/ vnd iſt ſolche Schrifft allenthalben von vns/in Worten vnd Sententzen nicht allein Chriſtlich/ reine/recht/ vnd vnſer H. Augſpurgiſchen Confeſsion vnd Locis Communibus gemeſs/ſondern auch etwas klerer vnd mechtiger befunden/ Das wir darob Gott gebürlich lob vnd danck geſagt/ Mit obernanten Herrn Doctorn vnſern lieben Herrn Vetern ſemptlich allerley weiter conferiret/vnd entlich alſo eintrechtiglich verlaſſen/Alleine noch V. G. F. vnd Herrn meinung/ wo ſolchs confitiren annemlich befunden/möchte zugleich mit vnd neben der Augſpurgiſchen Confeſsion dem Concilio vberantwortet werden / begeret/ mit erbietung/ im fall der notturfft/durch ſonderliche geſchickten/für dem Concilio weiter zuerkleren vnd zu confirmiren/etc. Actum Wittenberg/ in ædibus Domini Philippi, die XXVI. Iunij. Anno M. D. LI.

SCRI-

SCRIPTVM LEGATORVM GENEROSI COMITIS GEBHARDI A MANSFELT, &c.

NACH dem der Wolgeborne Edle Herr Graff Gebhard Graff vñ Herr zu Mansfelt/vnſer Gnediger Herr/vns anher gen Wittenberg zu dem Erwirdigen/Hochgelarten Herrn Philippo Melanchthone, vnſerm lieben Preceptoren/ mit befehl vnd brieffen abgefertiget/ bericht zu empfahen von wegen der Schrifft / die man auff dem Concilio/wo eines werden ſolte/vberantworten würde/So haben wir M. Johannes Wigandus/vnd M. Andreas Theobaldus/ ſeiner gnaden vnterthenige Diener in Gottes Wort / dieſelbige geſtelte Schrifft / vnſerm geringen verſtande nach / fleiſsig vnd trewlich durchleſen / Befinden Gott lob / vnd bekennen für vns / das dieſelbige Schrifft der Augſpurgiſchen Confeſsion gemeſs ſey/vnd faſſe grüntlich vnd klar die Lehre von den höchſten Artickeln des Chriſtlichen Glaubens/vnd Sacramenten von Chriſto eingeſetzt/welche durch Gottes gnaden in Kirchen dieſer Lande biſsher eintrechtig gelehret vnd bekant worden iſt/Welche Lehre wir auch für die Ewige vnwandelbare Warheit Gottes halten / durch den eingebornen Sohn Gottes Jheſum Chriſtum vom Himel offenbaret/ vnd in der Propheten vnd Apoſtel Schrifften begriffen. Dancken derhalben Gott dem Vater vnſers Heilands Jheſu Chriſti / ſampt dem Sohn/ vnſerm einigen Ertzhirten vnd Erlöſer/vnd dem heiligen Geiſte/der in alle warheit leitet/für ſolche gaben/reiner/warhafftiger/heilſamer Lehre/wünſchen vnd bitten von hertzen/das Gott ſolche richtige/ware/nützliche vnd nötige Lehre vnter vns erhalten wolle/ vnd dieſelbige ausbreiten/auch in andere Lande/ auff das ſeine Gemeine/ welche jn hie vnd dort ewig erkennen/loben vnd ehren ſol/ gros vnd herrlich werde/AMEN.

Actum VVitebergæ, Calend. Auguſti,

ANNO M. D. LI.

SCRIPTVM LEGATORVM ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS, DOMINI GEORGII Friderici Marchionis Brandeburgenſis, &c.

EGo M. GEORGIVS KARG PASTOR SVABACENſis, & Iohannes Serranus, alias Seger, Paſtor Roſfeldenſis, ab Illuſtriſsimi Principis & Domini, Domini Georgij Friderici Marchionis Brandeburgenſis, &c. Domini noſtri Clementiſsimi, Senatu ablegati VVitebergam, ad reuerendos Patres & Præceptores noſtros, D. Magiſtrum Philippum Melanchthonem, & cæteros S. Theologiæ Doctores, vt cognoſceremus confeſsionem fidei recens à D. Philippo Melanchthone ſcriptam, exhibendam Concilio Tridenti congregato: Teſtamur nos accurate legiſſe hoc ſcriptum, & affirmamus in eo doctrinam Euangelij Domini noſtri Ieſu Chriſti, prout in ſacra Scriptura vtriusq; Teſtamenti, & in Symbolis continetur, ſincere & ſine ſophiſtica, modo dextre intelligatur, propoſitam, quæ & in noſtris Eccleſijs aliquot iam annis prædicata, nunc etiam docetur, auditur & approbatur ab omnibus vere pijs, & Spiritu Dei ſancto illuminatis. Et oramus Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, propter peccata noſtra à Deo Patre traditum, & propter iuſtificationem noſtram reſuſcitatum, vt Eccleſias quoq; noſtras cum omnibus alijs clementer regat & protegat, nosq; in ea fide & libertate, in qua ſtamus, confirmet, adeoq; conſtantes ad finem vſq; vitæ noſtræ per Spiritum ſuum ſanctum conſeruet, AMEN. Actum VVitebergæ, Die XII. Septembris. Anno, &c. M. D. LI.

Ego M. Georgius Karg, Paſtor Eccleſiæ Suabacenſis, manu propria ſubſcripſi.

Ego Iohannes Serranus, alias Seger, Paſtor Roſfeldenſis, manu mea ſubſcripſi.

SCRIPTVM LEGATORVM GENEROSORVM COMITVM A MANSFELT.

CVm nostrorvm comitvm nomine vvit-
bergam ablegati eſſemus, ad petendum conſilium de Conc-
indicto, a Reuerendis viris D. Philippo Melanchthone, cæ-
risq; Præceptoribus noſtris obſeruandiſsimis, forma eius ſcri-
quod in Concilio offerendum eſſet, nobis exhibita eſt. Summa qu-
qua potuimus attentione, pro ingeniorum noſtrorum tenuitate, &
pro temporis ratione, id ſcriptum legimus, & conſiderauimus. Te-
mur itaq; in iſto ſcripto, ſummam eius doctrinæ, quæ Dei benefi-
in Eccleſijs harum Regionum incorrupte hactenus ſonuit, & ſon-
adhuc, perſpicue comprehenſam eſſe. Iudicamus autem eam cu-
ſcriptis & perpetuo conſenſu Prophetarum & Apoſtolorum congrue-
re, neq; vlla ſophiſtica labefactari poſſe. Agimus igitur Deo &
Domini noſtri Iesv Christi gratias, pro patefacta luce Euan-
gelij, & precamur ardentibus votis, vt hanc ſinceram doctrinam
uerſus omnes inſidias & impetus Diaboli tueatur & conſeruet, &
colligat ſibi inter nos & alias quoq; Gentes Eccleſiam ſe perpetu-
agnoſcentem, inuocantem & celebrantē. Vt igitur huic ſcripto ſuffra-
gium & teſtimonium noſtrum adderemus, nomina noſtra ſubſcribere
voluimus.

Michaël Cælius Inclytorum ac Generoſorum Comitum à Mansfelt Concionator, manu propria ſubſcripſit.

Iohannes VVigandus Miniſter Verbi Dei in oppido Mansfelt.

Iohannes Prætorius Miniſter Verbi Dei in arce Stolberg, m. p. ſ.

Valentinus Sifridi, Miniſter Verbi Dei in oppido Ortenberg, in Comitatu Konigſteinenſi, manu propria ſubſcripſi.

SCRIPTVM MINI-STRORVM ECCLESIÆ IN INCLYTA VRBE Argentorato.

S. D.

SCRIPTVM D. PHILIPPI MELANCHTHONIS, chariſsimi Præceptoris noſtri, quod delectus frater & ſymmiſta noſter D. Iohannes Marbachius attulit, vidimus, legimus, & exoſculati ſumus, bonaq; fide de eo teſtamur, quisq; ſua manu, quod conſonum ſit vnicæ & veræ doctrinæ de Dei eſſentia & voluntate, quæ à Deo patefacta eſt, & commendata primis Patribus & Prophetis, poſtea illuſtrata voce filij Dei Domini noſtri Ieſu Chriſti, crucifixi pro nobis & reſuſcitati, & voce Apoſtolorum ac Apoſtolicorum virorum: Ac nequaquam recipiendas eſſe vllas opiniones pugnantes cum illa prima Prophetica doctrina, & voce filij Dei.

Caſpar Hedio Doctor Theologiæ, docens Euangelium in Eccleſia Dei, in inclyta vrbe Argentorato, manu propria ſubſcripſit, vt vna ſit vox multarum Eccleſiarum.

Iohannes Marbachius Theologiæ Doctor, & Paſtor Eccleſiæ ad S. Nicolaum Argentorati, manu propria ſubſcripſit.

Beatus Geringus, Miniſter Euangelij Chriſti veteranus, Paſtor Eccleſiæ Dei, quæ apud D. Thomam Argentorati conuenit, manu propria ſubſcripſit.

Theobaldus Nigri, Miniſter in Euangelio Chriſti Eccleſiæ Argentoratenſis, agnoſco chirographo meo, hanc Confeſsionem vere Chriſti & Apoſtolorum doctrinam eſſe, quæ virtus eſt ad ſaluandum credentes, præter quam nullam aliam eſſe iudico.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lucius Kyberus, ad S. Aureliam Paſtor, præſentibus teſtor, huic piæ Confeſsioni, ſolidæ & conſummatæ nihil addendum, neq; in ea aliquid deſiderari poſſe, quam & ego libenter confiteor, & Domino pro reuelata ſua voluntate, gratias ago.

Iohannes Lenglinus, Paſtor Eccleſiæ Ieſu Chriſti ad S. Guilhelmum Argentorati, propria manu ſubſcripſit.

Ludouicus Rabus, Eccleſiæ Chriſti apud Argentoratum Miniſter, hanc Confeſsionem & doctrinam Eccleſiæ VVitebergenſis, & coniunctarum, quæ ſine vlla dubitatione conſenſus eſt Eccleſiæ Catholicæ Chriſti, ex animo amplectitur, manuq; propria ſubſcripſit.

Chriſtophorus Sœllius ſſt.

Chunradus Hubertus, manu mea ſubſcribere volui.

Leonhardus Fontanus, Miniſter & Diaconus Eccleſiæ S. Nicolai Argentinæ, idem quod Fratres & Præceptores teſtantur, manus propriæ ſubſcriptione confirmatum volo.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SCRIPTVM MINISTRORVM ECCLESIARVM CITERIORIS POMERANIAE,

SALVTEM ET PACEM IN CHRISTO.

CVM ILLVSTRISSIMVS PSINCEPS Philippus, Dux Stetinenſium, Pomeraniæ, Caſſubiorum, &c. Dominus noſter clementiſsimus, à nobis peteret, vt iuxta edictum inuictiſsimi Imperatoris Caroli, ſummam doctrinæ, quæ in Eccleſijs & Scholis noſtris magno conſenſu traditur, breui ſcripto comprehenſam, congruentibus omnium ſuffragijs, Tridentinæ Synodo offerremus: non grauatim id negotij, quod pietati, iuſticiæ, & præcepto Dei maxime conſentaneum erat, ſuſcepimus. Sed cum id etiam temporis, veſtra confeſsio Illuſtriſsimi Principis iuſſu, nobis exhiberetur, ac animaduerteremus recitari in ea doctrinam veram, piam, & ſalutarem Eccleſiæ, planè congruentem cum ſcriptis Propheticis & Apoſtolicis: viſum eſt omnibus Miniſtris & Doctoribus Eccleſiarum, qui Grypſuualdæ conuenerant, vt inſtituto labore ſuperſedentes, veſtram confeſsionem noſtris omnium ſuffragijs comprobaremus, ac vt noſtram, Illuſtriſsimo Principi, & Tridentinæ Synodo offerremus. Quare hic palam teſtamur & affirmamus coram Deo & omnibus Sanctis in cœlo & in terra, doctrinam, quæ in veſtra Confeſsione proponitur, verum & perpetuum eſſe conſenſum Catholicæ Eccleſiæ Filij Dei Domini noſtri IESV CHRISTI, nosq; eam toto pectore amplecti, ac ſonare in noſtris Eccleſijs Academijs ac Scholis, ac Deo iuuante ad omnem æternitatem conſtanter profeſſuros ac defenſuros eſſe. Quod cum ita ſit, reuerenter oramus, vt pro commemorabili veſtra erga nos pietate & beneuolentia, noſtras Eccleſias, & eos qui harum Eccle-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſiarum nomine iſthuc emittuntur, doctrina, conſilio, & omni genere officij iuuetis, vobisq; commendatos & coniunctos eſſe ſinatis: ac omnino ſtatuatis, nos, cum de ſacris ceremonijs in Euangelio inſtitutis, tum vero de vniuerſa doctrina cœleſti, deq; ritibus ad eutaxiam Eccleſiæ pertinentibus, plane idem vobiſcum ſentire, nec Deo dante paſſuros, vt vllis vnquam temporibus ab hac ſententia depellamur. Commendamus etiam filio Dei Domino noſtro IESV CHRISTO noſtram ſalutem, eumq; toto pectore & ardentibus votis optamus, vt actiones & conatus veſtros regat & fortunet ad gloriam ſanctiſsimi ſui nominis, & ad vtilitatem Eccleſiæ. Bene & feliciter valeat V. E. in Chriſto, cui & noſtras Eccleſias & honeſta ſtudia pijs votis commendamus. Datæ Grypſuualdiæ in Synodo prouinciali, Anno M. D. LII. die XXI. Ianuarij.

Veſtræ excellentiæ addictiſsimi

Rector Academiæ Grypſuualdenſis,
Superattendens, Doctores, Paſtores
& Miniſtri Eccleſiarum citerioris
Pomeraniæ.

LOCI